



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 1. Multorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Principes, aut alios dominos temporales (suxta Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

Idem.

In causa heresis proceditur simpliciter, et de plano, et dicta testium, et accusatorum non publicantur, si periculum timeatur, hoc dicit, secundum Zen.

C A P. XX.

STATUTA quædam felicis recordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorum quibusdam declaratis, & additis recenserunt: concedimus, quod in Inquisitionis hæreticæ prauitatis negotio procedi possit simpliciter, & de plano, & absque aduocatorum ac iudiciorum strepitu, & figura. Iubemus tamen, quod si accusatoribus vel testibus, in causa heresis interuenientibus, seu deponentibus (propter potentiam personarum contras quas inquiritur) videat Episcopus vel Inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem, & nomen eorum, ipsorum nomina non publicent, sed secreto coram diœcesano Episcopo, vel eo absente, ipsius Vicario, quando Inquisitores procedunt: quâdo vero procedit Episcopus, eorum Inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem, ac nihilominus siue Episcopus siue Inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouiditis, & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vacari, & eis per totum processum super quo deliberandum est, seriosè manifestari, ac integraliter explicari, & de ipsorum con-

filio, ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: sicque (non obstante, quod illis, contra quos huiusmodi deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam, plena fides depositionibus testium eorundem. Et ut eorundem accusatorum, & testium periculis, efficacius occurratur, & cautus inquisitionis negotio procedatur, præsentis constitutionis auctoritate: permittimus, quod Episcopus vel Inquisitores, fecerint possint indicare illis quibus (ut præmissum est) processum huiusmodi explicabunt, & in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo, vel Inquisitoribus patefacta præter eorum licentiam alijs patefecerint, ex communicationis sententiam, quâ ex secreti violatione ipso facto incurrant (si eis expedire videbitur) promulgare: sic tamen, quod Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de causa, sed ipsi ex iniuncto ex nunc a nobis sub uirtute sanctæ obedientie districto præcepto ad secretum huiusmodi teneantur. Cessante tamen vero periculo supradicto, accusatorum, & testium nomina (prout in alijs sit iudicij) publicentur. Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos quam Inquisitores prauitatem, & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina, suppressa ubi est securitas, periculum esse dicat: nec in eorum discrimen securitatem asserant, ubi tale periculum immineret, super hoc eorundem conscientias onerantes. Constitutiones vero, ordinationes, & mandata alia prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus superscriptis super eadem editis prauitate non obuiet, in suo volumus robore permanere.

† Eyme. 3. p. 9. 2.

† Vide Eym. 3. p. 9. 7. & quæ ibidem scripsimus.

† Cōcor. tex. in Cle. 1. §. ultimo de hæret.

DECRETALES TITVLI DE HÆRETICIS IN CLEMENTINIS.

Clemens V. in Concilio Viennen.

Præmittit constitutionis causam. Jo. And.

C A P. I.

MULTORVM querela Sedis Apostolicæ pulsauit auditum, quod non nulli Inquisitores per sedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extendunt suæ potestatis officium, ut quod in augmentum fieri, per circumspectam eiusdem Sedis vigilantiam, salubriter est prouisum (dum sub pietatis specie grauantur innoxij) cedat in infidelium detrimentum.

Ponit constitutionem, de officio Inquisitionis, exercendo per diœcesanos, & Inquisitores, primo ponens quinque, quæ potest alter sine altero. Secundo tria, quæ non potest, & decretum apponit, submittere quomodo impeditur vel interesse nolens committit alij vel consentit. Jo. And.

Propter quod ad Dei gloriam, & augmentum eiusdem fidei, ut negotium Inquisitionis huiusmodi eo prosperatus feliciter, quo deinceps eiusdem labijs indago sollentius, diligentius, & cautius perageatur: ipsum tam per diœcesanos Episcopos quam per inquisitores a Sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri: Sic quod quilibet de prædictis sine alio citare possit, & arrestare siue capere ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manibus ferreis, si ei uisum

Quid possit Inquisitor sine Episcopo, & uiceueria sum

† Eyme. 3. p. 9. 7. & ibi dicitur. De hoc cap. Eyme. 3. p. 9. 7. & ibi dicitur. Eyme. 3. p. 9. 7. & ibi dicitur.

† Sed quid si pro eis; vide Eyme. 3. p. q. 84. & ibi dixi copiose.

† Copiose Eyme. 3. p. q. 58. & 59.

Custodes hereticorum, qd facere debeant

sum fuerit faciendum: super quo ipius conscientiam oneramus, necnō inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum & iustitiam viderit expedire. Duro tamen trade re carceri siue arctos, qui magis ad penam, quam ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiā procedere contra eos. Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui adiuticem copiam habere valeant intra octo dierū spatium postquam se inuicem requisierint, non valebit. Et si secus presumpsum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure. Verum si Episcopus, vel eius capituli (sede vacante) delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eorundem, propter pramissa nequeat, aut nolit personam alteri cōuenire: possit episcopus vel eius, seu capituli (sede vacante) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo vel eius delegato, seu sede vacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis, committere vires suas, vel suum significare per litteras consilium, & consensum.

Providet circa muros, uel carceres hereticorum ipsorum claves, custodes, & custodum ministros. Ioan. And.

Sane, quia circa custodiam carcerum hereticorum, qui in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas. Nos volentes super hoc providere; statuimus, ut quilibet talis carcer vel murus, quem de cetero episcopo, & Inquisitori predictis volumus fore communem, duos custodes habeat principales, discretos, industrios, & fideles: unum quem volent Episcopus, & providebit eidem: alium de quo voluerit Inquisitor cui etiā providebit. & quilibet predictorum custodum sub se alium bonum, & fidum poterit habere ministrum. In quolibet etiam cōclavi eiusdem carceris siue murus, erunt due claves diuersae: quarum unam vnus, aliam alius tenebit predictorum custodum, & eam cum officio ministrandi, quae in carceratis fuerint ministranda, suo poterit committere vel subdelegare ministro.

Ponit iuramentum custodum, ministrorum suorum & notariorum, & aliorum officialium. Ioan. And.

Porro coram Episcopo vel capitulo sede vacante, & inquisitore, predictis, vel substitutis ab eis custodes supradicti, antequam suum officium exequantur, iurabunt ad sancta Dei Evangelia corporaliter a se tacta, quod in custodia immuratorum, & aliorum pro crimine supradicto, in sua custodia positorum, & ponendorum, omnem diligentiam, & sollicitudinem quam poterunt, fideliter adhibebunt. Et quod alicui incarcerationi, nihil vnus in secreto loquetur, quin hoc audiat alter eustos. Et quod provisionem quam incarcerationi recipiunt, ex ordinatione comunis, & illud quod a parentibus, & amicis vel alijs personis fidelibus offerretur eidem (nisi episcopi, & Inquisitoris vel suorum commissariorum ordinatio refragetur) ipsi fideliter, & absque diminutione aliqua ministrabunt, nec in his fraude aliqua adhibebunt.

A Et eisdem iuramentum, & coram eisdem personis ministri custodum priusquam suum execeat officium, exhibebunt. Et quia saepe contingit, episcopos proprios habere carceres, sibi & dictis Inquisitoribus non communes: volumus, & districte precipimus, ut custodes ad incarcerationum predicto crimine custodiam, per Episcopos, vel sede vacante per capitulum deputandi, & eorum ministri, coram dictis Inquisitoribus, vel substitutis ab eis praestent simile iuramentum. Notarij quoque Inquisitionis coram Episcopo & inquisitore vel substitutis ab eis iurabunt suum officium fideliter exercere. Et idem fiet de alijs personis necessarijs ad praedictum officium exequendum.

Punit Episcopos, Inquisitores, & eorum substitutos, qui faciendo vel omitendo delinquant in officio. hoc dicit. Ioan. And.

B Verum quia nimis est graue, ad exterminationem prauitatis praedictae non agere, quod ipsius contagiosa enormitas agendum requirit: graue est quoque & damnatione dignissimum malitiosae infonitibus eadem imponere prauitatem: Episcopo, & Inquisitori predictis, ac alijs ad dicti executionem officii substituendis ab eis in uirtute sanctae obedientiae, & sub interminatione maledictionis aeternae precipimus, ut sic discretē, & pro parte contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate procedat, quod malitiosae aut fraudulenter tantam labem, seu quod ipsos in executione officij Inquisitionis impediatur, falso alicui non imponant. Quod si eodj, gratiae, vel amoris, iurij aut commoditatem peroralis obtentu contra iustitiam & conscientiam suam omiserint contra quaequā procedere, ubi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, aut obtentu eodem, prauitate ipsam vel impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc praesumpserit quoquomodo uexare (praeter alias poenas, pro qualitate culpae imponendas eisdem) Episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alij uero excommunicationis sententias eo ipso incurrant.

D A qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem incurserint, nisi per Romanū Pontificē nequeant (praeterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione praemissa) absolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio suffragante. *Confirmat antiqua uera huic constitutioni non obuia.* Ioan. And.

E Alia sane, quae circa praemissum Inquisitionis officium, a nostris sunt praedecessoribus instituta (quatenus praesenti decreto non obuiant) facta aeri approbatione concilij roborata, in sua uoluntate firmitate manere.

Idem in eodem.

Primo ponens constitutionis causam, determinat aetatem Inquisitorum. Secundo punit Inquisitores, qui praetextu officij pecuniam illicitis modis extorqueant, vel ob delictum clericorum ecclesiarum bona confiscant. Tertio precipit notarijs, officialibus, & socijs, ut hoc facientes, reprehendant, & superioribus denuntient, si probare possint. Quarto prohibet

† Inqui...

† Eyme...

† Con...

† de lect...

*hee Inquisitoribus abusus armorum, & circa qua-
ritatem vel qualitatē officialium. h. d. 10. And.*

C A P. II.

Inquisito-
rum aras, de
qua Eym. 3.
p. 9. 1.
De comif-
sariis Eyme.
3. p. 9. 1.
3. p. 9. 1.
& seq.

NOLENTES splendorem solitum nego-
tij fidei per actus indiscretos, & impro-
bos quorumvis Inquisitorum haretice
prauitatis, quasi tenebrosi fumi caligine obfusca-
ti: hoc sacro Concilio approbate statuimus, nul-
lis exnunc, nisi qui quadragesimum ꝑ aratus an-
num attigerint, officium inquisitionis prædictæ
committi Inquisitoribus. Et tam ipsorum, quam
Episcoporum, seu capitulorum sede uacante sup
hoc deputatis commissarijs ꝑ quibuscūque distri-
ctius iniungentes, ne prætextu officij inquisitio-
nis, quibusvis modis illicitis ab aliquib. pecuniã
extorqueant: nec scienter attentent ecclesiarum
bona ob clericorum delictorum prædicti occasione
officij sicut etiam Ecclesiæ applicare. Quod si se-
cus in his, vel eorum altero fecerint, excommuni-
cationis sententię eos subiaccere decernimus ipso
facto: a qua non possint absolui præterquam in
mortis articulo, donec illis a quibus extorserint,
plene satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis
priuilegijs, pactis, aut remissionibus super hoc ua-
lueris. Notarij uero & officiales dicti officij, nec
non fratres, & socij Inquisitorum, & commissari-
orum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut com-
missarios lecerent nouerint talia commississe si in
dignationem Dei, & Aposto. Sedis uitare uolue-
rint, & offensam ipsos grauius arguere, & cor-
rigere studeant in secreto. Quod si taliter ea sci-
uerint, ut ea probare ualeant, si sit opus, hæc præla-
tis Inquisitorum, & commissariorum eorundem
ad quos id pertinebit, nuntiare sollicitè debeant.
Qui equidem prælati, Inquisitores, & Commis-
sarios prædictos reos inde reptos ab officijs amo-
uere, & amotos alias punire debent, seu corrigere
teneantur. Prælati autem Inquisitorum id negli-
gentibus agere, præmissa omnia nūtiari per præ-
dictos locorum ordinarijs volumus quibus ut
in Apostolicæ sedis notitiã perferant, in virtu-
te sanctæ obedienciæ districtè præcipimus, & mā-
damus. Porro Inquisitoribus ipsis, districtius in-
hibemus, ut nec abutantur quomodolibet cõces-
sione portationis armorum, nec officiales nisi si-
bi necessarios habeant tales, qui se conferant ad
sua cum Inquisitoribus ipsis officia exequenda.

Idem in eodem.

*Dannat sectam Beguardorum, & Beguinarum
Alemania, & octo ipsius errores: excitās Diocesa-
norū et Inquisitorū officij cõtra illos. h. d. 10. And.*

C A P. III.

de secta &
erroribus Be-
guardorū ui-
de Cle. 1. de
religijs. do-
mib. & extra
uag. 10. xxij.

AD nostrum ꝑ (qui desideranter in
votis gerimus, ut fides Catholica no-
stris prosperetur temporib. & pra-
uitas haretica de finibus fidelium ex-
tirpetur) nõ sine displicentiã gran-
di peruenit auditum, qd secta quadam abomina-

A bilis quorundã hominũ malignorũ, qui Beguar-
di, & quarundam infidelium mulierum, quæ Be-
guinae uulgariter appellantur in Regno Alema-
niæ (procurante favore malorum operum) damnabi-
liter insurrexit: tenens, & asserens doctrina sua
sacrilega, & puerfa, inferius designatos errores.
Primo uidelicet, qd homo in uita præsentis tãtum
& talẽ perfectionis gradũ pot acquirere, qd red-
deret penitus impeccabilis, & amplius in gratia
proficere nõ ualebit: nõ (ut dicunt) si quis semper
posset proficere, posset aliquis Christo pfectior
inueniri. Secundo, qd ieiunare non oportet homi-
nẽ, nec orare postq̃ gradum perfectionis huius-
modi fuerit assecutus: qd tunc sensualitas est ita
perfecte spiritui, & rationi subiecta, qd homo pot
liberẽ corpori cõcedere quicquid placet: Tertio,
qd illi, qui sunt in prædicto gradu perfectionis, &
in spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti
obedienciã, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obli-
gãtur, quia (ut asserunt) ubi spiritus Dñi, ibi liber-
tas. Quarto, qd homo potest ita finalem beatitudi-
nem, secundum omnẽ gradum perfectionis in
præsenti assequi, sicut eã in uita obtinebit beata.
Quinto, qd qlibet intellectualis natura, in seipsa
naturaliter est beata: quodq; anima non indiget
lumine gloriæ, ipsam eleuante ad Deum uideũ
& eo beatè fruẽdum. Sexto, qd se in actibus exer-
cere uirtutum est hominis imperfecti, & pfecta
anima licetiat a se uirtutes. Septimo, qd mulieris
osculum (cum ad hoc natura nõ inclinẽt) est mor-
tale peccatum: Actus autẽ carnalis (cum ad hoc
natura inclinẽt) peccatum non est, maxime cũ tẽ-
tatur exercẽs. Octauo, quod in eleuatione Corpo-
ris Iesu Christi nõ debet assurgere, nec eidẽ reue-
rentiam exhibere: asserẽtes, quod esset imperfe-
ctionis eisdẽ, si a puritate, & altitudine suã contẽ-
plationis, tãtũ descenderent, qd circa mysterium
seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passio-
nem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Nõ
nulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis
specie dicunt, faciunt, & committunt, quẽ oculos
diuinæ maiestatis offendunt, & graue in se conti-
nent periculum animarum. Cũ autem ex de-
bito commissi nobis officij, huiusmodi sectam
detestabilem, & præmissos ipsius execrandos er-
rores (ne propagentur ulterius, & per eos corda
fidelium damnabiliter corrumpantur) extirpare
ab ecclesia Catholica necessario habeamus: Nos
sacro approbante Concilio, sectam ipsam, cum
præmissis erroribus damnamus, & reprobamus
omnino, inhibentes districtius, ne quis ipsos de
cetero teneat, approbet, uel defendat: Eos autem
qui secus egerint, animaduersione canonica de-
cernimus puniendos. Porro Diocesani, & illarũ
partium Inquisitores hareticæ prauitatis, in qui-
bus Beguardi, & Beguinae hmoi commorantur,
suum officium circa eos diligenter exerceant, in-
quirentes de uita, & conuersatione ipsorum, qua
liter uer sentiant de articulis fidei, & Ecclesiæ sa-
cramentis, in illos uero quos culpabiles reperi-
erint (nisi abiuratis Iponde prædictis erroribus pe-
nituerint, & satisfactionem exhibuerint compe-
tentem) debitam exerceant ultionem.

incip. Sancta
Romana tit.
de religio. do-
mib. & extra
uag. 10. xxij.
incip. Ratio
reçta. eo ritu.
inter commu-
nes. Guidonẽ
Carmelitam
in summa de
hæresib. tit. de
hæresibus. Be-
guinarum, &
Gymericũ in
ita, p. 2. q. 15.

H DE